Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Beatus de felici cuersione duoꝝ fratrum.
macharius aliquando narrabat dicens.
Venerunt ad me quondā iuuenes duo. & unus quidē iam pleno, alt̄ uero adhuc incipienti barbitio. Qui cū ignorantes me introgarent. ubi eēt abbatis cella macharii. atq; cū a me cur eū requirerent introgarent. opera inquiunt eius magna & uitā eius p̄conabilem cognoscentes, uidere eū sumopere festinam⁹. Cunq; ego me ipsū esse quē quererent p̄fiteor: mox meis pedib; p̄uoluti ut mecū illos habitare p̄mitterē postulabant. Quos cum uiderē: uere ex diuiciarū opulentia delicatos. n̄ posse mecū residere respondi. Et si hic inquiunt tecū manere n̄ possumus. alibi tamen nos p̄ficisci definita semel sententia mentis inpellit. Quo ego audito cepi intra me ipsū ita reputare; si illos hinc ab egero. scandalū paciuntur: Cū q; eni ipse c̄pellerē eos hinc fugere. & illi de mea murmurarent uoluntate. dixi illis. Ve[illegible]nite & construite uobis cellulā si pote[illegible]stis. At illi locū sibi demonstrari tantū modo poposcerunt. Quib; ego alueolū cū secure. &